



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 49. Hæc pax ab Hungariæ Regina summo Pontifici nuntiata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](#)

Sæc. XVIII. habuit, assumpto themate ex his Psalmis  
 A. C. 1742. CXXI. verbis: *Propter Fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te: propter domum Domini Dei nostri quoniam bona tibi.* v. 7. & 8. Absoluto hoc ieiunio Comes de Schaffgotsch Cathedrallis Ecclesiæ Præpositus Sacrum solemniter habitu Pontificiali insignis celebravit cui æque ac Concioni Rex cum in Comitatu singulari modestia interfuit.

## §. XLIX.

*Hæc pax ab Hungariæ Regina summo Pontifici annuntiata.*

Geminus hoste, eoque potentissimo per hanc pacem conciliato Maria Thesia Hungariæ Regina ceteris suis quaque inimicis debellandis haud amplius impar ipsum summum Pontificem a gaudii participem reddere festinabat. Hanc in rem Comiti de Thun Regio Hungarico suo apud Romanam Aulam administratio negotium dedit, ut initia pacis Nuntius apud Benedictum XIV. Papam esset. Igitur Comes imperata loquii copia hunc in modum perorabat:

*BEATISSIME PATER!*

*„Hungariæ Regina Princeps ac Dominina mea, pacem cum Borusso populis suis, partim ut fœderatis Principibus,*

„sibi optime affectis, eorumque consi- Sæc. XVIII.  
 „liis acquiesceret, partim ut reliquis ho- A.C. 1742.  
 „stibus suis potentius resistere posset,  
 „cumque Divina providentia ejus arma  
 „secundare pergeret, spe freta vivit Re-  
 „gia sua Majestas, hostem non modo  
 „ex ejus Provinciis penitus propulsa-  
 „tum, sed & abunde compensatum iri  
 „damnum, quod amissio Silesiæ Duca-  
 „tu perpeccata est: de cetero cum Regina  
 „nostra sacrosanctæ Religionis nostræ  
 „incrementum in primis curis semper  
 „habeat, hinc de illius conservatione  
 „præprimis sollicita urgere non destitit,  
 „ut in sexto præliminariu[m], ut vocant,  
 „pacis conditionum articulo caveatur,  
 „& omnino spondeatur, ut Catholica  
 „Religio in eodem statu, quo in Silesia  
 „sub Reginæ Dominio adhuc floruerat,  
 „conseruetur, & propugnetur, seu ut  
 „liberum ibidem, & illimitatum, publi-  
 „cumque Religionis exercitium vigeat,  
 „& eidem addicti suorum honorum, li-  
 „bertatum & privilegiorum usu fruan-  
 „tur, & frui permittantur. Sicut ergo  
 „Regina illud sacrificium, quod Deus  
 „ab illa deposcere videbatur, præstare  
 „decrevit, & hoc ipso suæ voluntatis in  
 „Dei voluntate acquiescentis specimen  
 „dedit: ita pariter hac occasione filiali  
 „suo obsequio deesse noluit, quominus  
 „Sanctitati suæ pacis articulos commu-

„n*i*“

Sæc. XVIII. „nicaret, & vicissim ab Eadem Apolo  
A. C. 1742. „licam Benedictionem exoraret.“ Pe-  
 orantem Benedictus Pontifex non ha-  
 magna animi voluptate percepit, &  
 demque reposuit, se suam hac superie-  
 mentem proxime literis ad ipsam Aug-  
 stissimam Reginam dandis apertum.  
 Enimvero tertio post die ad Eandem  
 teras misit, quibus testabatur, spe  
 rerum necessitate, & haud dubia fer-  
 dioris fortunæ spe se pacis initæ con-  
 lium omnino ratum habere, & pre-  
 omnem exoptati successus felicitatem  
 ac gloriofos hujus pacis fructus diffi-  
 simæ in Christo Filiae suæ Mariae Ther-  
 siæ apprecari; dein Eandem peccati-  
 fuisse esse voluit, quod Ipse, cum le-  
 communis omnium fidelium Pater, fa-  
 ventissimis precibus Deum sit exor-  
 rus, quatenus Ipsa tam abundanter  
 inceps Divina Benedictione repleat,  
 ut damna hucusque perpesta copiose  
 reparare valeat. Denique in pater-  
 affectus sui pignus Eidem Apostolicæ  
 pariter Benedictionem impertivit.

## §. L.

*Parisiensis Parlamenti attentata  
 ca Sacramentorum administra-  
 tionem.*

*Armis in Silesia silentibus fumante  
 Eccles.*